



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Institutio S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.  
Libri Qvinque**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1665**

XCIV. Capta pedibus sanatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10840**

aliis Gaudis contigerat) persanandam erigitur in genua suorum brachiis, Patre, & Aue recitato, iconem faucibus apprimat, ad hanc momento dolor ponit, inflatio residet, expirat inflammatio, cibum poscit, sumit, conualescit.

## XCIII.

*Quadriennia  
pedibus ca-  
piti sanatur.*

De beatorum honoribus S. Ignatio decretis Potosium nuncij venerant, & festis populi gaudiis soluebantur. Hinc tristis Christophoro Martinesio dolendi causa, quod eorum in partem non veniret, erat enim membris iam quadriennium ita interceptis, ut nisi fulcris alaribus non posset insistere, coniecta itaque in sanctum confidentia, effusoque in eum animo, Itane, inquit, Beatissime Patriarcha Ignari! communes inter letitias quæ tuo nomini celebrantur, ego doleam solus, & aliis omnibus honori tuo choros ducenibus, vnus ego non possim vel gressum mouere? pios questus non spreuit sanctus Pater, eo ipso temporis puncto vigorem membris infudit tam validum, ut fulcra proiecerit, & die proximè subsequenti omni ex parte conauerit.

## XCIV.

*Capra pedi-  
bus sanatur.*

Huic plane consimile, hoc eodem anno, sæculi huius nono Maiorica contigit. Dum enim apud nos, honores tunc recens Beato Ignatio dicatos, proferebatur communibus gaudijs gratulatio publica, mulier pedum vsu priuata, iis tamen ingratis, adesse in templo statuit. Dimouebat hanc forum ab imprudenti consilio, immensum obiciens populi concursum, deiectionem in à conferta turba, & pedibus proterendam. Quibus nihil mota, domo ut poterat, conatu difficili tandem exit, vixque in vico constiterat, & explicari mox pedum nodos, redire iis spiritus, & vires, ipsa fulcris alaribus procul à se abiectis, valens, & alacris templum petit, sancto gratias agit, epulo sacro illius memoriam, & beneficium celebrat.

## XCV.

*Liberatus à  
dæmonis cui  
se mansipa-  
rat.*

Michaëlem Schrammeum annorum septemdecim iuuenem studiorum causa parens Herbipolim miserat, sed is, quod solent suo arbitrio permitti iuuenes, in consuetudinem se dedit perditorum, à quibus inter alia scelera, etiam dæmonem pro magistro habere didicit in hunc modum res tota gesta est Dabat operam iuri, & insigni Mago, eius quidem amicus. Michaëlem cum socio eiusdem ætatis, magi domum perduxit. Illic alacriter bibitur; inde magus suas artes iactare; non fuit multa opus mangonia, ad infatuanda capita stultorum iuuenum, & proritandam curiositatem, noua & mira factitandi; præsertim cum sterili curioso, spes quoque utilis adderetur, suam enim quandam extollebat radicem magus, quæ linguæ indita, nihil non efficeret, iubendo quidem si linguæ inesset; tangendo autem digito inhaerens fores referaret, & scrinia; comminueret catenas, subterraneos thesauros in apertum extraheret, & taumaturgia similia ederet complura. Ceterum eam vili fore, dumtaxat tantillum animi opus esse ad ferendum semel dæmonis conspectum non ingrata specie adfuturi, ad tradendam illi vrbannitatis causa, exiguo syngrapho animæ potestatem; immensum pretium exorandus diaboli proxenetes, teruntij fecerat; sed stolidi iuuenes præpotentis radicis desiderio ebrii, nihil abnuere, sed pactis addi voluere, animæ potestatem